Quod factum cum fuisset · iussit eas ire · & de ipso lacte
liniebat membra illorum · & statim nullum dolore
ibi senserunt ; Miserunt manus ad sacculos &
inuenerunt ad manducandum & ad bibendum usq ·
ad abundantiam · & aquam similiter · & coeperunt
aepulari ; Mirantibus autem illis atque timentibus ·
dixit uir di scs goar ad illos · Filii pro quali causa
uel pro quali ingenio mandat me ille eps ad se ue
nire · Scio ego · quia hoc quod factum uidistis
non est sine causa · quod dns hodie per bestias os
tendit nobis · nisi fiat ad exemplum credulitatis eo
rum · qui in ipso confidunt · quia potens est dns para
re mensam in deserto · & quam magnificata sunt
opera tua dne · At illi timore & tremore concussi ·
nullum responsum ausi fuerunt ei dare · sed spera
uerunt se subitaneae mortis interire supplicio ;
Et coeperunt ambulare · & uenerunt treueris
ciuitatem ; Vir autem di scs goar · per ecclesias
& orationes scorum sicut solebat pergebat ·
& illi legatarii festinanter uenerunt ad epm
& inuenerunt in ciuitate eum sedentem in solio suo
una cum clero suo ; Nuntiauerunt ergo ei omnia
quae eis contigerant · uel quod factum uiderunt
de ipso sco uiro ; Qui cum audisset · cum iracundia
caepit dicere ; Non est alia causa · nisi praesumtio ·
qui sic mane comedit · & bestias mulgit ; Inquire
re hoc debemus quid sit causa · uel per quale inge
nium haec facit · si ex di parte sit an ab aduersari
o ; Qui cum haec dixisset · ecce uir di goar intra
uit in domum ubi eps sedebat ; Qui cum intrasset
coepit prouidere ubi discipulus suus stare potuis
set · uel ubi cappam suam pendere uel abscondere
licuisset ; & uidit in angulo domus quasi fustem
ei uel maniculo suo sic simulantem · sed erat radi
us solis per fenestellam ueniens ; Qui cum adpro
piasset ad fustem simulantem · pependit cappam sus
suam super ipsum · & ministrum suum ibidem sta
re praecepit ; Quod cum uidisset rusticus eps una
cum clero suo dixit ; Videtis nunc quid facturus est ·

Non est ista causa ex do ; Si ex do fuisset · tam ma
ne non comedisset · uel bibisset · quia anteriores sci
per aelemosynas & ieiunia intrauerunt in reg
num di ; Nunc autem ista causa quid sit · nescio ;
Mane comedit & bibit · bestias mulgit · cappa
suam in radio solis sus pendit ; Accedat propius ·
& reddat rationem si ex parte di haec facit ·
an ex aduersarii ; Qui cum interrogatus fuisset ·
uir di scs goar · dixit ; Ds iudex iustus fortis ·
tu scis omnia · tu nosti quod de aduersarii parte ·
nihil consentio · neq · consentire cupio ; Neque
enim cappam meam in radio solis pendentem scio ·
sed in fuste roboreo · & bestias illas per nulla
maleficia administraui · nisi quod ipsa hora
transacta · dns mihi ordinauit ; Et meum cybu
uel potum mane comedendum · dns nouit
qui omnia iudicat ·

Haec quoq · ipso uiro di dicente · uenit puer de clero
treuerorum nomine leobgisus · portans in bra
chio suo infantem · tres noctes habentem · qui fuit
iactatus in illa conca marmorea · sicut est consu
etudo treuerorum · uel sicut pauperculae faemi
nae infantes suos solent iactare · & haec consue
tudo erat · ut quando uel quomodo aliquis homo
de ipsis infantibus iactatis quos nutricarios uocant ·
ab illis matriculariis sci petri coparare uidebantur ·
epo ipsum infante praesentari deberent · & poste
a auctoritas epi ipsi homini de illo nutricario con
firmabat ; Quod uidens rusticus eps illum infan
tem portante · dicebat ; Modo inuenire possu
mus · si ex do est sapientia goaris · aut uir [illegible]
quas fecit · an ex aduersario ; Si ex do est · faciat
nobis cognitum qui sest pater ipsius infantuli · uel
matre eius denominet · & credemus quod non est
eius causa praesumtio ; & si hoc facere non potest
capitali uereatur sententia · Interim ut sciamus
quae est causa sua · Non haec dixit propter hanc
causa · ut ipse tunc cognitor de semet ipso fieret ·
sed ideo quia scelera uel crimina sua principalia

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0125